



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 12. Hedinum a Cæsareis cinctum, captumque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

ut vix ullum urbis dirutæ signum relin- Sæcul. XVI.  
A.C. 1553.  
queretur. (\*)

## §. XII.

*Hedinum a Cæsareis cinctum, cap-  
tumque.*

Cum omnibus facile persuasum esset,  
quod Cæsarei capta Teruana ad  
He-

(\*) Impia prorsus temeritate Continua-  
tor Cæsarem incusat, perinde acsi ipse hujus  
inhumanæ destructionis mandata dedisset, cum  
tamen Thuanus l. c. fol. mihi 894. & 896. et si  
natione Gallus, præter alios ingenui fatea-  
tur, id factum fuisse ex propria alacritate in-  
colarum, qui Gallorum imperium pertæsi eos  
summo insectabantur odio: jam ad obsidio-  
nis initium, inquit Thuanus, alacritatem Cæ-  
sariorum incitabat turba faeminarum, &  
pue-  
rorum, qui ex vicinis undique pagis veluti ad  
exoptatissimum spelunculum confluxerant, &  
rhythmis, ac jocularibus canticis per lasciviam  
in nominis Gallici contumeliam compositis ani-  
mos suis faciebant.

Urbs ipsa, prosequitur Thuanus, a fun-  
damentis omnino diruta est, tanta popularium  
alacritate, ut paucorum dierum spatio vix ulla  
vestigia illius extarent; adeo odium propter ac-  
ceptas inde injurias vicinorum animis alte infe-  
derat.

*Hist. Eccles. Tom. XLII.* N n

**Sæcul. XVI**A.C.1553.*Mezeray l.c.**p. 555.**Daniel l.c.**t.6. p. 59.*

Hedini obsidionem vietria sua arma forent conversuri : hinc Robertus Marcianus Bullionius quantocius eo accurerbat , comitantibus illum Horatio Farnefio , & Honorato Sabaudo Villariæ Comite , necnon delecto Nobilitatis flore : sub idem vero tempus hostes cum integrum vix non mensem diruedæ Teruanæ impendissent , illuc conveniunt , ductore Emanuele Philiberto Sabaudo Pedemontii Principe , qui nondum expleto vigesimo septimo ætatis suæ anno omnes suas copias Hedino admovet , illudque primo statim impletu Gallis eripit , eoquod cives , asportatis secum bonis suis , urbem deferent . Supererat quidem arx ; alt nec illa diu Cæsaris armis resistebat ; quippe hostes eam omni ex parte cingentes continuo tormentis quatiebant , tandemque ruptis cuniculis ferme integrum urbem subvertebant , unde obsecsi ad incitas redacti ditionis pacta inire rogabant , quod etiam haud cunctanter eis datum : cum vero in eo essent , ut utrinque obsides darentur , Sacerdos in civitate agens , vel ex temeritate , vel imprudentia ignem in quemdam cuniculum injectit , quo Gallorum quamplurimi murorum ruinis sepulti fuerunt , eodemque fato Horatius Farnefius occubebat , quamvis Scriptorum nonnulli

nulli illum in hac obsidione tormenti Sæcul. XVI.  
globo trajectum referant. Hujus Prin- A.C. 1553.  
cipis obitus Henricum Galliarum Re-  
gem, eoquod spuriam illius filiam du-  
xisset, multum affligebat, ingenti au-  
tem lætitia afficiebat Cæsarem, qui  
propterea Octavium defuncti fratrem  
deinceps minus Gallis propensum fore  
sperabat, prout re etiam ipsa accidit.

## §. XIII.

*Cæsarei Durlentii a Montmorentio  
cæsi.*

**C**apto Hedino Cæsarei castra promo- Belcar. p. 88  
vebant Durlentium usque, quod Tnu. l. c.  
oppidum est Atrebato, atque Ambia- Daniel. p. 60.  
no interiacens, cui Carnutensis Vice-  
dominus sese incluserat: Montmoren-  
tius vero Connebilis cum suis copiis  
Somonam usque procedere jussus ibidem  
Helvetiorum adventum præstolabatur:  
aut cum hostem haud longe abesse cog-  
nosceret, quasdam militum legiones  
trajecto flumine præmittit, ipse vero  
cum quatuor equitum millibus, ac vi-  
ginti peditum vexillis sequitur: Cum  
igitur hostes jam in itinere essent, qua-  
tuor illæ legiones, quæ præmitteban-  
tur, fuerunt interceptæ: itaque San-  
acus, qui sibi adjunctum habebat Car-  
nutensem Vicedominum, cum primus

N n 2      cum